



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 105. Oratorium postulata a Poloniae rege elusa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI  
A.C. 1573.

notitiam, eique speciatiim hæc mandata fuissent injuncta, hinc ipse rei veritatem detegere jubebatur; tum enim e Francia reversus opportune advenerat: hic itaque fatebatur, quod quidem de Religionis dissidiis quicquam agere jussus non fuisset, cum vero hæretici Parisiensem Protestantium cædem non casu, sed studio, atque ex præmeditato consilio patrâtam fuisse contenderent, eapropter, ut hanc opinionem dimitterent, oportebat, Rex se de tantæ crudelitatis Auctoribus pœnas sumpturum promitteret, ac de cetero Protestantibus idonee caveret, & edicta in eorum gratiam a se facta servaret, cum præteritorum ultionem, & in posterum securitatem suis populis deberet. His rationibus victum se, ac persuasum Monlucus agebat, ut hæc Regis nomine promitteret, veritus, ne eos, si id recusasset, minus placatos haberet, & procedenti feliciter electionis negotio remora, aut impedimentum inde afferretur. Verum rem ejusmodi esse addebat, ut ea nequaquam ad Polonos pertineat, nec ejus ratione Rex teneatur.

§. CV.

*Oratorum postulata a Poloniæ Rege elusa.*

Cum

Cum id nihilominus hæretici Orato-  
res improbis flagitationibus urge-  
rent, suisque postulatis petulanter in-  
sisterent, ex altera vero parte Montluci  
hostes temere ab eo præter mandata  
eidem injuncta hæc fuisse actitata op-  
ponerent, hinc Rex, priusquam rem  
decideret, privatim cum Posnaniensi  
Episcopo, solisque Catholicis Orato-  
ribus rem communicavit, & post cre-  
bras ultro, citroque habitas contentio-  
nes hæreticorum petitiones variis lu-  
dificationibus penitus elusit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1573.  
Thuan. l. c.

§. CVI.

*Juramentum a Poloniæ Rege in Ec-  
clesia Beatæ Virginis nun-  
cupatum.*

Postera die, quæ præstandi juramenti  
solemnitatibus erat præfixa, in ma-  
jori Urbis Templo Beatæ Virginis tota  
convenerat aula; nam illinc accesserant  
uterque Rex, Reginæ, legati Po-  
loniæ etiam Evangelici, Pontificis, Hi-  
spaniæ, Scotiæ, Venetorum, aliorum-  
que Principum Oratores, Carolus Bor-  
bonius, Carolus, & Ludovicus Lo-  
tharingii, Aloysius Atestinus Cardina-  
les, necnon Episcopi quamplurimi, Se-  
natores, Aulici, plerique cives in tanta  
frequentia, ut nullus in vastissimis ædi-  
bus locus vacuus fuerit. Peractis sa-  
cris

*Thuan. l. c.*